Adnotationes.

Prooemium.

1) Hassius in programmate scholae Parthenopolitanae p. 4. parentes tragici non ignobili fuisse loco, verisimile quidem, sed minus certum esse, affirmat, lectorem revocans ad Piers. ad Moer. p. 7 et ad Barnes. in commentario, quem scripsit de Euripidis vita, p. 2.

2) Aristoph. Nub. schol.

3) v. C. Valckenari diatribe in Euripidis perditorum dramatum reliquias. Lugduni Batavorum. 1767. p. 25. c. „ingenio quoque moribusque praeceptori discipulum suspicor simillimum fuisse. Utriusque lineamenta duci forte possent nonnulla: hic satis erit unum attigisse. De Anaxagora Aelian. Var. Hist. VIII. 13. *Ἀναξαγόραν φασὶ μὴ γελῶντά ποτε ὀφθῆναι, μηδὲ μειδιῶντα τὴν ἀρχήν.* duo ipsius discipuli, ingenia capitalia, Pericles et Euripides, etiam fuisse feruntur *ἀγέλαστοι.* De Tragico testis est apud Aul. Gell. (Noct. Att. XV, 20). Alexander Aetolus: *Ὁ δ' Ἀναξαγόρου τρόφιμος χαιοῦ στρυφνὸς μὲν ἔμοιγε προσειπεῖν, καὶ μισογέλως καὶ τωθάζειν οὐδὲ παρ' οἶνον μεμαθηκώς* — viri optimi Anaxagorae, quem constat omnia postposuisse dicendi quaerendique divinae delectationi, imago Euripidis animo, ni fallor, observabatur, dum philosophi nobis Physici laudes caneret et Geometrae in versibus, quos ex incerto dramate servavit Clem. Alex. Strom. IV. p. 634. D." id. l. c. p. 28: „In Anaxagorae schola ejusque exemplo didicerat Euripides, praemeditatione futurorum malorum lenire eorum adventum: hoc in vita quotidiana perutile monitum a viro se didicisse sapiente sub Thesei persona testatus in scena, Anaxagoram Atticis spectatoribus notissimum designavit."

4) Euripides familiarissimus fuit Socrati, nobilissimo aetatis viro, eidemque Anaxagorae discipulo. Aelianus (Var. Hist. II, 13.) tradit, Socratem, aliorum poëtarum consuetudine abstinentem uno Euripide propter philosophiae studium usum fuisse. cfr. Valck. l. c. p. 14 et 25: „Singulae propemodum Euripidis *γνῶμαι* nobis monstrant, quod et aliunde noveramus, in Socratis illum exercitum fuisse palaestra." Clem. Alex. in Protrept. p. 65, 12. Euripidem *ἄξιον ὡς ἀληθῶς Σωκρατικῆς διατριβῆς* nominat. — Quinctil. (X, 1, 68.) hoc judicium de Euripide fecit: „is in sermone magis accedit oratorio generi, et sententiis densus, et in iis quae a sapientibus tradita sunt, paene ipsis par etc."

5) Suid. in Eurip.: *ἐπὶ τραγῳδίαν δὲ ἐτράπη τὸν Ἀναξαγόραν ἰδὼν ὑποστάντα κινδύνους, δι' ἅπερ εἰσῆξε δόγματα;* cfr.: disputatio de Euripide philosopho, auctore J. A. Schneither. Groningae. pag. 9. sq. — Ipse Aristophanes in Ranis Euripidem facit dicentem, poëtae consilium esse, admonitionibus hominum mores corrigere. Vid. Wissowa. in program. Leobschütz. 1830. pag. 20. Aristoph. v. 1057 (ed. Dindorf.).

6) v. Anaxagorae Clazomenii fragmenta, quae supersunt, omnia illustr. Schaubach. Lipsiae. 1827. frg. 24. pag. 139: *τὸν ἥλιον εἶναι μύδρον διάπυρον;* cfr. Eurip. Phaëth. frg. I. (ed. Matthiae). Diog. Laërt. II, 10.

7) Schneith. l. l. p. 10. cfr. E. Müller: Euripides deorum popularium contemptor. 1826. Vratisl. Vid. infra.

8) Summa enim in ipsis versibus cautio Euripidi adhibenda erat, siquidem vel Aeschyli exemplum maxime pronos esse Athenienses ad poëtam impietatis accusandum et ad puniendum docuerat. Non enim supplicium effugisset Aeschylus, nisi frater Aminias, qui in pugna Salaminia acerrime pugnans altero brachio mutilatus fuerat, vulneribus suis judices ad misericordiam permovisset. vid. Aelian. Var. Hist. V. 19. Clem. Alex. Strom. II. p. 387 A.

9) Sic servus Menelai in Helena; sic nutrix Phaedrae in Hippolyt.

10) Hippolyt v. 228—44.

11) Ex his nominandus est A. G. Schlegelius in libro: Vorlesungen über dramatische Kunst und Litteratur. Liceat locos ab Hassio commemoratos afferre: p. I. p. 198: „Er war ein unendlich sinnreicher Kopf, in den mannigfaltigsten Künsten der Geister gewandt; aber einer Fülle von glänzenden und liebenswürdigen Eigenschaften stand bei ihm nicht der erhabene Ernst des Gemüthes, noch die strenge, künstlerische Weisheit ordnend vor, die wir am Aeschylus und Sophokles verehren. Er strebt immer nur zu gefallen, gleichviel durch welche Mittel. Darum ist er sich selbst so ungleich; manchmal hat er hinreissend schöne Stellen, andere Male sinkt er in wahre Gemeinheiten. Bei allen seinen Fehlern besitzt er eine wunderwürdige Leichtigkeit und einen einschmeichelnden Reiz.“ p. 210: „Euripides hatte die Schulen der Philosophen besucht, da setzt er denn eine Eitelkeit darein, immer auf allerlei Philosopheme anzuspielen, meines Bedünkens auf sehr unvollkommene Art, so dass man diese Lehren nicht daraus verstehen wird, wenn man sie nicht zuvor schon kennt.“ Non minus acerbe judicavit Munkius in libro: Geschichte der Griechischen Litteratur. Berlin. 1849. p. I. p 238: „Ein gewisser religiöser Libertinismus, den seine Personen oft zur Schau tragen, macht einen unangenehmen Eindruck, und es stört alle Illusion, wenn Helden und Halbgötter, die in täglichem Verkehr mit Göttern und Götterwesen leben, nach Sophistenart an der Existenz der Götter zweifeln oder die Thaten der Götter nach dem moralischen Massstabe der Sokratischen Zeit bekritteln u. s. w.“

12) Bouterweckius in Commentat. Gotting. societ. recent. p IV. p. 29: „morum studiosum observatorem fuisse Euripidem apparet, sed nunquam in cogitatione aliqua defixus nec veri diligens indagator sententiam modo hanc modo illam, qualis ei in mentem veniebat, talem in versibus posuit tamque parum curiosus in hoc genere fuit, ut nec trita nec futilia adspernaretur, dummodo aliquid veri iis inesse putaret.“

13) Ibid. p. 10: „plura comprobant, Euripidem decreta vel non intellexisse vel de industria alterasse.“

14) Ibid. p. 1. sqq. p. 9: „Certi nihil Euripides de rebus divinis statuisse ex iisdem tragoediarum ejus locis apparet, quibus nunquam sibi constans turbare religionem popularem conatus est.“

15) Ibid. p. 11: „Sed quae vulgo credebantur respuens, ipse quid statueret non inveniens, fieri non potuit, quin sibimet ipsi repugnaret, quum modo, ut poëtam decet, assentiri perperam creditis, modo res novas moliri videretur.“

16) Ibid. p. 20: „Consultius, puto, Euripides egisset, si rebus, quae sua natura ad rectam rationem revocari non poterant, coram populo lucem affundere non studuisset.“

17) In eundem sensum Müllerus l. c. disputat.

18) Hass. p. 7: Similiter Müller. in libro s. l. — Sic Schneither. l. c. — Praeter viros, quos laudavimus, commemorandus est Wideburgus, cujus de philosophia Euripidis morali libellum (Helmstad. 1805) exiguo studio confectum esse dicit Hassius. Denique eodem tempore Parisiis commentationes de philosophia Euripidis physica et morali (cfr. Archives litteraires Nr. XV. p. 417. sq. et Nr. XVII. p. 219. sq.) prodisse, vel minima cura scriptae, dicuntur. Quorum utrumque ut inspicerem, mihi non contigit.

C. I. De rebus divinis.

§ 1. Non sunt dii, qui fabulis feruntur.

1) v. Iphig. Taur. 355. sqq. (semper secuti sumus edit. Bothii. 1825). — Troad. v. 943: *μὴ 'μαθεῖς ποίει θεὰς, Τὸ σὸν κακὸν κοσμοῦσα· μὴ οὐ πείσῃς σοφοὺς κ. τ. λ.* Bacch. v. 26—31: quamquam Euripides sententiam, Semelam a mortali quodam compressam suum peccatum in Jovem transtulisse, Semeles sororibus attribuit, tamen eam ipsius poëtae fuisse, ex aliis locis similibus apparet. — Belleroph. fragm. XXIII.: *εἰ θεοί τι δρῶσιν αἰσχρὸν, οὐκ εἰσὶν θεοί.* Melan. frg. XII.: *οὔ σφιν (θεοῖς) πονηρόν ἐστιν.* Valcken. p. 37, b. Herc. fur. v. 1237: *ἀοίδων οἵδε δύστηνοι λόγοι.* cfr. Schneith. l. c. p. 21. sq. Iphig. Taur. v. 366: *οὐδένα γὰρ οἶμαι δαιμόνων εἶναι κακόν.*

2) Hippol. v. 112: *σοφωτέρους γὰρ δεῖ βροτῶν εἶναι θεούς.*

3) Jon. 398. sqq.

4) Orest. v. 159—61. ibid. v. 271—73. ibid. v. 399—402, ad quos verss. schol. haec: *θέλει ἐνταῦθα δεῖξαι ὁ Μενέλαος τῷ 'Ορέστῃ, ὅτι οὐχ ὁ 'Απόλλων προσέταξεν αὐτῷ τὸν τῆς μητρὸς φόνον, ἀλλ' οἴκοθεν ἐργασάμενος τοῦτον· ἐπεὶ δὲ δυστυχεῖ, προβάλλεται τὸν 'Απόλλωνα* sq. Ex Euripidis animo addi potest: si Apollo matricidium Orestis probasset, non tam segnis fuisset in adjuvando Oreste. — Orest. 263. ibid. v. 312—16. ibid. v. 182—84. Verbis: *δίκᾳ μεν, καλῶς δ'* οὔ. ipse chorus, cujus est, deos ab hominibus laesos defendere, Apollinem ut honesti ignarum vituperat.

5) Helen. v. 1055. sq.

6) Herc. fur. v. 1154 sqq. verbis: Ζεὺς δ', ὅστις ὁ Ζεύς, πολέμιόν μ' ἐγείνατο Ἥρᾳ non necesse est statuere dubitationem inesse, utrum omnino Jupiter sit necne. De natura profecto Jovis ambigitur, ut Hercules se inclinet ad sententiam, non esse Jovem potentem illum deum, qui reliquorum coelicolarum hominumque imperium habeat. — Herc. fur. v. 1202 sqq.

7) Jon. v. 410: τὰς ἡδονὰς γὰρ τῆς προμηθίας πάρος Σπεύδοντες ἀδικεῖτ'. — Androm. v. 1117—21. — Iphig. Taur. v. 361 sqq. Vulgaris erat fabula, ex qua Tantalus, postquam saepe a diis ad convivium adhibitus sit, his epulas instruxerit, ut suum ipsius filium comedendum apponeret. Voluisse enim tentare deos, utrum cuncta scirent necne. Reliquos quidem deos hominis nefandum facinus sensisse, Cererem autem edisse humeri particulam Pelopis mactati. Dein mutilatum puerum a Jove, humero vel ebore vel auro resarto, esse restitutum. Aperte Euripides hanc vulgarem fabulam commutavit altera minus nota, qua omnes dii inscitia ducti carne humana oblectati sint, ut demonstraret, quam ridicula essent et improba, quae mortales de immortalibus commenti essent

8) v. adnot. 4.

9) Orest. v. 315 sqq. Ut singularum domorum focus habebatur locus sacrosanctus et tanquam praesidium ac firmamentum non tantum eorum, qui incolebant, sed etiam eorum, quicunque ad eum locum confugiebant; ita Delphi umbilicus erat terrarum et quasi sedes securitatis veritatisque, ita ut omnes civitates et sodalitates certissimum salutis perfugium judicarent Delphos. Jam ex eo loco decipi quenquam ab Apolline et deludi fallacibus oraculis, nonne summum omnium Graecorum odium movere debuit?

10) v. adnot. 7.

11) Jon. v. 445—49.

12) v. Jon. v. 398 sqq.

13) Helen. v. 1088—90. ibid. v. 17—21.

14) Jon. v. 398 sqq. ibid. v. 409: ναοὺς τίνοντες ἀδικίας κενώσετε. „In Solonis legibus cautum erat, ut raptus aut stupri ingenuarum convictus centum drachmis mulctaretur, nec postea Athenis crimina ista aliter quam pecunia punita sunt, nisi forte quis adulterum in facto deprehendisset."

15) Troad. v. 792 sqq. Chorus in summam Jovis, Aurorae, ceterorum deorum vituperationem incidit, quod carissimam urbem deseruerint, funditus eam everti passi sint.

16) In vers. Troad. 937. codd. legunt: αἱ παιδιαῖσι καὶ χλιδῇ μορφῆς πέρι Ἦλθον πρὸς Ἴδην, quorum verborum interpretationem Seidleri Hartungus jure improbavit, sed ne scholiastae quidem explicatio, qui ea pro interrogatione habuit, ei suffecit. Ac revera Hartungi mutatio (αἵ in οὐ) multum speciei prae se fert.

17) Troad. v. 933—53. „Juno Argos barbaris divenditura fuisse dicitur, Minerva Athenas Phrygibus subjectura, si pulchritudinis palmam a Paride tulisset." Ita Euripides fabulam in suam rem commutavit, ut dearum perversitatis invidiam redderet majorem. Aliis enim fabularum auctoribus satis fuit commemorasse, Junonem Paridem pro venustatis palma potentissimum orbis terrarum regem reddere voluisse, Minervam omnibus artibus litterisque doctissimum exercitatissimumque.

18) v. adnot. 1.

19) v. adnot. 1.

20) v. Jon. v. 398 sqq. — Schneith. p. 23. Sic apud Terentium (Eunuch. III. 5) Chaerea Jovis maximi exemplum secutus alacri animo puellam violare constituit.

21) v. Herc. fur. v. 1202 sqq.

22) v. Herc fur. v. 1198—1201.

23) v. Herc. fur. v. 1194—98.

24) cfr. adnot. 20.

25) v. adnot. 20.

26) v. Electr. v. 674: Exigua fides narrationi habenda est, qua propter hominum scelera sol de medio coelo ad meridiem recesserit et iter ab occidente ad orientem ingressus sit, dum contrarium cursum reliqua sidera tenerent.

27) v. adnot. 1.

28) v. Jon. v. 1409—13. ibid. v. 300 sqq.: ἀνδρὸς ἀδικίαν αἰσχύνεται.

29) v. Herc. fur. 1232—37. — Iphig. Aul. v. 700 sqq. v. 702: εἴτ' ἐν δέλτοις Πιερίσιν μῦθοι τάδ' ἐς ἀνθρώπους Ἤνεγκαν παρὰ καιρὸν ἄλλως.

30) v. Herc. fur. 1202 sqq. ibid. 1232—37.

31) v. adnot. 29 et 30.

32) v. Jon. v. 482: Joni affirmanti, se terrae esse filium, Xuthus obloquitur, nunquam ex terra homines gigni. Cujus sententiae gravitas quamvis eo imminui videatur, quod Xuthum omni modo Joni, eum suum esse filium, persuadere velle videmus, tamen ex Euripidis animo illam enuntiatam esse perspiciemus, quum ex aliis locis poëtam censere appareat, corpora tantum terrae deberi ab hominibus, meliorem habere originem animos. — Herc. fur. v. 1154 sqq.: Hercules negat, se Jovis esse filium, verum suum patrem esse Amphitryonem affirmat. — v. Valcken. l. c. p. 37, b.: „his (quae protulit Euripides de diis commentitiis) homines eruditi inter Christianos quibusdam commode sunt usi, ad deos istos nihili Gentilis poëtae verbis irridendos, eorum cultores velut testimoniis domesticis confutandos.“ — Orest. v. 5: *Διὸς πεφυκὼς ὡς λέγουσι, Τάνταλος.* Non adjecisset Euripides: *ὡς λέγουσι*, si non dubitasset de divina Tantali origine. Helen. v. 17 sqq.: verba: *εἰ σαφὴς οὗτος λόγος* et: *ἔστι δὲ δὴ λόγος τις* indicant de veritate rei Euripidem dubitare.

33) v. adnot. l. v. Herc. fur. v. 1202. Herc. fur. 1232—37. Iphig. Aul. v. 700 sqq.

34) Ubi poëtae partes servandas sibi existimat Euripides, ut in Orest. v. 973 sqq., in fabula deperdita, in Cretensibus (cfr. Hartung. in annot. Orest. l. l.), rem ita proponit, ac si quum Thyestes peccasset, tum demum siderum cursus mutatus esset; ubi vero poëtae personam se exuere posse putat, numen divinum negat a se impetrasse, ut leges, quibus initio res ordinasset, prorsus contra naturam mutaret, mutatis in perpetuum hominum genus puniret. Ceterum fabula, qua Euripides aliique poëtae usi sunt, mores hominum vim exercere maximam in naturae leges, in opinione humana nititur, quae est vetustissima. Nam inde a primis temporibus crediderunt, hominum pravitatem efficere, ut leges naturae plane mutarentur, ut sidera de cursu suo deflecterent, ut magnus tota natura exardesceret tumultus. Si bellis homines et fame et peste laborarent, divinum numen ea mala terris immitere, ut ostenderet, quanta ira ob hominum vitiositatem esset exacerbatum atque moneret, ut vita hominum corrigeretur et mores emendarentur. Neque vero nostra memoria sublata est opinio, cometis, agrorum sterilitate, aliis vel coeli vel terrae portentis homines converti debere ad perversitatem deponendam.

35) Haec exponentem poëtam de inusitatis, quae oriuntur e coelo, de globis igneis, de planetis cogitasse, verisimile est (v. Hartung ad v. 7. Orest.)

36) *Βάκχος* idem quod *Ἴακχος*, quo nomine deus in mysteriis appellabatur, cujus vocis stirps *Ἰά* sonus. Ejusdem generis sunt *Βρόμιος, Εὔιος.*

37) Non tantum in Helena, sed etiam in Bacchis (v. 233), ubi *Δημήτηρ* eadem quae *Γῆ* vel *Κυβέλη*. Hanc *Γῆν* esse, jam Sophocles (Phil. 391.) dixit.

38) Itaque Euripidi *Δημήτηρ* est *Δᾶ-Γῆ-μήτηρ*; ergo vocis originem non explicat: *δήμου μήτηρ.*

39) Idem fecerat Aeschylus.

40) Cfr. Müller. cfr. Anaxag. fragm. ed. Schaubach. p. 162. sq., ubi complures veterum loci afferuntur.

41) Quae vox quum originem ducat a *λήθεσθαι*, *ἀλάστωρ* et is esse potest, qui non obliviscitur et is, qui non abit in oblivionem.

42) In Troad. v. 741. sqq. Helena nata est ex invidia, ex caede vel omnino ex *ἀλάστορος* l. l. v. 903. *ἀλάστωρ* et Paris idem est, in quem omnem culpam transfert, quem invita secuta sit.

43) Complures locos Müller. l. l. pag. 44. sqq. collegit.

44) v. Bacch. v. 88; Electr. v. 1171. Peleus fragm. 2. Itaque in voce *θεά* Orest. v. 12. perverse interpretes de Parca Clotho cogitasse jure affirmat Hartung. in annot. Orest. v. 12 et scholiastae auctoritatem secutus fortasse recte v. 13 pro *Ἔριν-Ἔρις* legendum esse statuit.

45) v. Iphig. Aul. v. 473 sq.

46) Cfr. Electr. v. 372. Helen. v. 696. sqq. Iphig. Aul. v. 859. Iphig. Taur. v. 521. sq. v. 671. Prorsus diversam a plebejis vatibus facit poëta in Helen. Theonoën vera praedicentem. Sed primum Euripides poëta probe distinguendus est ab Euripide philosopho. Deinde Theonoën eam fingit, quae in summa vitae integritate et sanctitate nihil nisi illud agit, ut res divinas investiget, quae ab omni hominum strepitu remota, libera a cupiditate lucri, divino spiritu impulsa prospiciat futura atque aperiat. Ob eam rem ei poëta, ut sacerdotibus Cretensibus sententias tribuit maxime reconditas atque subtiles. Quod sicubi verum vatem praedicat Apollinem, hominum vaticinia nihili aestimanda esse confirmans, Theonoë eadam qui Apollo videri potest, utpote quae dei consilia cognita et perspecta habeat. Cfr. Hartung. annot. v. 699 Helena.

47) Cfr. Hart. l. l. in annot.

48) Hartungus in prooemio ad Hercul. p. 1. ita disputat. Euripides konnte als Dichter der Mythe nicht entbehren und hat sich auch von Seiten seiner philosophischen Erkenntniss nicht veranlasst gefunden, sie unbedingt

zu verwerfen: er konnte beides, die Mythen und die Wahrheiten der Philosophie, neben einander bestehen und ein jedes in der ihm gebürenden Sphäre walten lassen. Er war keiner von den modernen Freigeistern, die Alles mit Stumpf und Stiel auszurotten sich gedrungen fühlen, was vor der Prüfung des nüchternen Verstandes nicht zu bestehen vermag: vielmehr mochte er auch die Rechte des Gemüthes und der Phantasie anerkennen und musste es als Dichter, der durch die Schätze dieser Seelenkräfte von Jugend auf genährt war. Lernen wir daher von ihm, wie man die beiderseitigen Besitzthümer neben einander bestehen und gelten lassen kann, ohne die einen in die andern aufzulösen, woraus immer nur verderbliche Einseitigkeit entsteht, die sodann über kurz oder lang in das Gegentheil überzuspringen pflegt: lernen wir ferner von ihm, wie man das Ueberlieferte aufrichtig achten und lieben kann, auch wenn uns eine geläuterte Erkenntniss dasselbe zu beschränken und zu berichtigen gelehrt hat. Cfr. Hartung. ad Jon. v. 398. similiter Schneither. l. c. p. 31.

49) v. Bacch. v. 360 sq. vulgo verba ita leguntur: *τὸ πλῆθος ὅτι τό φαυλότερον Ἐνόμισε, χρῆται τε, τόδε τοι λέγοιμ' ἄν.* Quae Donner vertit: doch der Pöbel, behaupt' ich frei, das Schlechtere wählt er immer und vollbringt es. Sed verba sic proposita, etiamsi ex se explicari possint, tamen prioribus neutiquam conveniunt. Quare aptissime emendasse videtur Hartung. legens: *τὸ πλῆθος ὅ τι τὸ φαυλότερον Ἐνόμισε, χρηστὸν τόδε τοι λέγοιμ' ἄν.* was dem schlichtern Volk Gäng und Geb' ist, soll stets mir das Beste scheinen. Hanc equidem interpretationem probare non dubitavi.

50) v. Bacch. v. 288 sqq. Cadmus Pentheum adhortatur, ut quemadmodum reliqui cives, etiamsi non sit, esse deum Bacchum credat; honestum enim esse id mendacium totique genti gloriae, deum natum esse ex Semela. Quod Cadmi dictum ex Graecorum ratione est aestimandum. Cfr. Hartung. annot. vers. 333. Bacch. — v. Bacch. v. 158 sqq. Nihil opus est mutatione Valckenarii aliorumque: *οὐδὲν σοφιζώμεσθα;* sed verba: *οὐδὲν σοφιζόμεσθα* aliter sunt explicanda atque Herm. explicavit: „nihil argutamur cum diis." Sententia, quae hoc loco exigitur, haec est: nihil argutando cum diis et de diis efficimus," qui quidem sensus inest in verbis. v. Hartung. ad eundem versum. Etiam in v. 772 sqq. Bacch. inest sententia: „Vox populi, vox dei."

51) Vid. supra. Quanquam sunt, qui dicant, extremo demum Periclis tempore Anaxagoram accusatum et patria expulsum esse. v. Zeller in libro: die Philosophie der Griechen, 2te Auflage I. Thl. s. v. Anaxagoras.

52) v. Garve in libro: Philosophische Anmerkungen und Abhandlungen zu Cicero's Büchern von den Pflichten. Breslau und Leipzig 1819. t. II. p. 61 sq. cfr. supra. — Nonnulli partem eorum, quae secum pugnant, tolli arbitrantur eo, quod dicunt, Euripidem posterioribus temporibus poenituisse, quod liberiora de religionibus judicia fecisset et redisse eum ad opiniones vulgo probatas, ut evitaret odium, quod philosophia sua contraxisset. Valckenar. l. l. p. 37, b. „Adversariorum calumniis et exemplis motus aliorum cautius postea mercari didicit, quodque Pindarus dicebat, *τόγε λοιδορῆσαι θεοὺς, ἐχθρόν* esse *σοφίαν* animadvertit, insanientem sapientiam Horatio. Sic olim orsus Euripides suam Melanippen: *Ζεύς, ὅστις ἐστὶν, οὐ γὰρ οἶδα πλὴν λόγῳ κλύων.* Primo versui hunc postea substituit: *Ζεὺς ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο* — correctum versum praebet Aristoph. Ran. v. 1275., adhibitum etiam Hermogeni p. 555. Priora leguntur apud Athenag. p. 23. Justin. M. p. 41. E. Luciano hinc facile restituenda. T. II. p. 689. Ad Plutarch. tom. II. p. 756. B. C. comparari poterit Theod. Canter. Var. Lect. 1, c. 25. Post obitum poëtae demum actis Bacchabus insunt Euripidis non pauca, quibus receptam civibus suis religionem videri voluit tueri; editamque fabulam a poëta, ut impietatis a se crimen amoveret, suspicabatur amicus elegantissimus S. Musgrav. Emend. in Eurip. p. 151." Assentitur Valckerario Schneitherus l. c., qui et ipse censet non a vero alienum videri, Euripidem Bacchas conscripsisse, ut plane se purgaret, in omne reliquum vitae tempus, impietatis nomine, ex disciplina Anaxagorae et familiaritate Socratis, dictisque in tragoediis liberioribus contractae, quod consilium sero eum cepisse, quum non nisi post mortem ejus actae videantur.

53) Plutarchus in Sylla (p. 453) Euripidem vocat *σοφόν ἄνδρα καὶ πολιτικῶν ἐπιστήμονα σοφισμάτων.* Alio loco (de glor. Athen. V.) Aeschylo tribuitur *στόμα, λογιότης* Sophocli, *σοφία* Euripidi. Ab Athenaeo (IV. 158. f. VI. 270. c. XIII. 561. a.) poëta cognominatur et scenicus philosophus et sapiens.

54) Item Barnesius in Commentario de Euripidis vita poëtam omni cogitatione curaque id egisse affirmat, ut utilitatem civibus afferret. l. c. p. 13: „Quum itaque talis tantusque vir (Anaxagoras) ob philosophiam fuerit tantopere periclitatus, illius discipulus Euripides hac re territus illico ad scenam se convertit, duodevicennis exsistens; ex quo tragoediis componendis praecipue vacavit. Non is quidem disciplinae suae veteris *λειποτάκτης* aut transfuga sed fidelissimus et constans cultor et custos; omnia enim magni magistri praecepta conservavit et secum in musarum castra intulit, adeo ut post hinc cothurnata audierit philosophia et ipse emphatice Scenicus philosophus sit dictus." „Et sane id sibi praecipue Euripides in omnibus fabulis suis proposuisse videtur, ut auditoribus quam maxime prod-

esset et per jucundas carminum et fabularum ambages animis eorum virtutis amorem et hujus vitae contemptum instillaret; ut omnia denique pietatis, constantiae, prudentiae et patientiae praecepta veterum heroum exemplis cohonestaret; denique optimarum sententiarum repetitionibus suis Atheniensibus inculcaret." — „Quidquid magnanimus ille praeceptor honorifici de Deo unquam locutus est aut sapienter de Natura, id civibus suis frequenter propinavit; nec subtimide et clanculum id fecit, sed aperte populo exhibuit salutaria moralis sapientiae dogmata, poëtice tamen dulcore emollita." — Cfr. Hass. l. c. p. 7. et quos citat Hassius locos: Barnes. ad Troad. v. 681: „Theon sophista notavit Euripidem, ὅτι παρὰ καιρὸν αὐτῷ Ἑκάβη φιλοσοφεῖ. Sed Theon nesciebat, quod Euripides prae summo moralis philosophiae studio, ut illam auribus et animis hominum instillaret, artis poëticae paulo negligentior ultro videri voluit." Id. ad Phoeniss. v. 549.

§ 2. De deo.

1) v. Hippolyt. v. 90. cfr. Jon. v. 398 sqq. Quamquam illo Hippolyti loco: εἴπερ γε θνητοὶ θεῶν νόμοισι χρώμεθα, non de Lycurgi vel de Minois legibus cogitandum est, quae ab ipsis diis hominibus datae esse dicuntur, tamen etiam hae, quoniam a lege cujusvis hominis animo indita ductae sunt, signum prae se ferunt divinae originis; cfr. Hartung. ad vers. 95. l. l. Hippolyt. v. 90. v. Sisyph. frg. I. (ed. Matth.)

2) v. Helen. v. 937—52. Hecub. v. 759 sq. cfr. Müller. l. l. p. 47. cfr. Cic. de legg. II, c. 12.

3) Incert. tragoed. (ed. Matth.) CLVIII. cfr. Valcken. p. 41 et 42.

4) Eodem fere modo sed copiosius disputat: nat. deor. II. c. 36—46.

5) Müller. p. 47. l. c. affert locum Plat. Gorg. 484, b. νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων ex Pindaro.

6) Müllerus censet, Euripidem in hac doctrina probabiliter secutum esse Heraclitum, qui mentem divinam, omnia gubernantem maximi fecerit, neque merum esse commentum, Euripidem studiose Heracliti scripta legisse v. Müller l. l. p. 47. Excogitaverint sane ante Anaxagoram alii philosophi illam de mente et de corporibus doctrinam, excogitatam certe acceptamque magis excoluit Anaxagoras. cfr.: Ritter, Geschichte der Philosophie. 1. Thl. p. 292. 298 sq. 302. cfr. Pauly lexic. s. v. Anaxagorae. Quamquam Cicero (de nat. deor. I, 11) aperte: „Anaxagoras primus, inquit, omnium rerum descriptionem et modum mentis infinitae vi ac ratione designari et confici voluit", Valcken. p. 45. — Müller. p. 48. — cfr. infra de Aethere deo Hassii.

7) Fragm. Eurip. apud Valcken. l. c. p. 41. Non magis animum hominis oculis videmus, neque tamen eum esse infitias imus, quia praeclaras ejus vires animadvertimus et, quae sua sagacitate efficit, admiramur. cfr. Cic. Tuscul. I. c. 27. 28.

8) Cfr. Hercul. fur. v. 1232—36.

9) v. fragm. Eurip. apud Valcken. l. c. p. 42.:

Ποῖος δ' ἂν οἶκος, τεκτόνων πλασθεὶς ὕπο,
Δέμας τὸ θεῖον περιβάλοι τοίχων πτυχαῖς;

His versibus Schneitherus adjicit haec (p. 26. l. l.): „Cui non haec legenti statim cogitatio subit convenientiae, quae inter hos versus et nobilissimum illud sacrae scripturae effatum intercedit, quod iisdem fere verbis conceptum est. Ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑπωπόδιον τῶν ποδῶν μου: ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι, λέγει κύριος (v. Jesaia LXVI. et Act. apost. VII. 49.). Profecto minuitur miratio, qua videmus Patres Ecclesiae, ex antiquis scriptoribus eruere voluisse vaticinia de Christiana fide (sic Clemens, ex fragmento a Valcken p. 43. allato effici dicit Euripidem se ipsum latens (latentem), deum patrem et filium celebrasse), si apud eos sententias invenimus, quae Christianum ornarent, si illas protulisset. Confici mihi videtur, Euripidem puras de divina natura habuisse opiniones, easque, magnam partem, ex Anaxagorae disciplina hausisse." Cfr. Ritter. l. c. p. 302. Dub. fragm. XVIII.

Ὀξὺς θεῶν ὀφθαλμὸς ἐς τὰ πάντ' ἰδεῖν.
Ἔσθ', ὡς ἔοικεν, ἔστιν οὐχ ὁρώμενον
Τοῖς ζῶσιν ἡμῖν, οὐδὲ προσδοκώμενον
Δαιμόνιον, ᾧ μέλει τὰ τοῦ θνητοῦ βίου. —

v. Sisyph. frg. I. Incert. fragm. XXIII. — Phrix. frg. VIII.: Nihil deos fugit eorum, quae homines injuste faciunt.

10) v. Helen. 1554. Troad. 926. cfr. Helen. v. 1083 sqq.: Deo majorem esse velle stultissimum est. Hercul. fur. v. 688 sqq. ibid. v. 610 sqq. et Hartung. ad hunc locum. Iphig. Taur. v. 1378., ubi τὸ χρεών idem quod ἀνάγκη; haec autem arcte cum deo cohaeret. Fatum (μοῖρα, αἶσα, ἀνάγκη, χρεών) apud Euripidem plerumque est lex immutabilis et constans, cui ne qua fraus fiat, dii vel solus Jupiter curat. Interdum fatum Euripideum

idem fere quod Aeschyli aut Sophoclis aut Homeri, ita ut summi numinis notio insit; v. Schneitherus l. c. p. 50. sqq.

11) v. Helen. v. 662.—66: Ceterum hoc loco fortuna (τύχη) non in sua est potestate, sed pendet ex deo, ita ut deus fortunam aut bonam aut malam reddat. cfr. Heracl. v. 595—602.: ubi μοῖρα idem quod deus et μόρσιμα ea sunt, quae a diis mortalibus immittuntur.

12) v. Troad. v. 585. cfr. Horat. Od. I, 34, 12, sqq. Heracl. v. 595. sqq. Iphig. Taur. v. 1378. Troad. v. 846 sqq. Bacch. v. 337. sqq. Helen. v. 662. sq: ὁ θεὸς ὡς ἔφυ τι ποικίλον καὶ δυστέκμαρτον! Hercul. fur. v. 610. cfr. Hartung. ad. h. l. v. 688. 1232. Müller. l. c. p. 44. sq. Valcken. p. 39. 43. 45. cfr. Ritter. l. l. p. 298. sq. — Orest. v. 1502. sq.: quemcunque vult, rebus humanis finem imponit deus. Hecub. v. 463. sqq.: tam obscura et occulta saepe nobis sunt dei consilia, ut casu omnia evenire videantur. Ibid. v. 681. sq. Hippolyt. v. 1056. sqq. Quinque versus: πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων· πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσιν θεοί sqq., qui in extremis tragoediis, Androm., Bacch., Helen., Alcest. ad verbum repetuntur, redeunt in Medea ita, ut primus versus mutatus sit in versum: πολλῶν ταμίας Ζεὺς ἐν Ὀλύμπῳ sqq., quamquam et ipsi multarum rerum inexspectatum eventum significant et ex Euripidis animo scripti sunt, tamen a compluribus interpretibus pro adulterinis habentur. — Iphig. Taur. v. 426—29. Supplic. v. 718—20. Iphig. Aul. v. 1460 sq. Helen. v. 616. Hercul. fur. v. 795. Electr. v. 823. Alex. frg. XX. Andromed. frg. XVI.

13) Hinc apud Aristophanem: „Der Aether, Zeus' Lusthäuslein."

14) v. Bacch. v. 340 sq. Melanip. frg. VII. — Orest. v. 1643. Ibi Apollo dicitur Helenam appropinquaturus Jovis aedibus, inter astra positis, quod nihil aliud est, nisi in soluta oratione: in coelum extollere vel: famam immortalem reddere. — Aether sedes est deorum, v. frg. Chrysipp. VII. frg. Pirith. II. Troad. v. 874 sq. Jon. v. 988 sq. Juno cum Jove inter sidera habitat: v. Helen. 1043—46. cfr. Müller. l. c. p. 48. Valcken. p. 39.

15) v. Müller. l. c. p. 44. Supplic. 713—19. Valcken. p. 51. ibid. p. 39. 43. Hercul. v. 1154. Hecub. v. 758 sq.: οἱ θεοὶ σθένουσι χὠ κείνων κρατῶν νόμος. — Orest. 1502 sq. Helen. v. 704. 710. Iphig. Taur. v. 1378. multis aliis locis.

16) Fortasse eandem hujus quaestionis difficultatem et obscuritatem, in quam incidit Cicero de Fato c. 1. de nat. deor. III, 17. 39. I, 1. 2. II, 1, cognovit Euripides. — cfr. Cic. de nat. deor. I, 22.

17) Hercul. fur. v. 688 sq. Troad. v. 748. 926. Bacch. 157. Dub. frg. XIX. cfr. Iphig. Aul. v. 32 sq.: κἂν μὴ σὺ θέλῃς, τὰ θεῶν οὕτω βουλόμεν' ἔσται; ad quem locum Barnes. illud Senecae profert: „Ducunt volentem fata, nolentem trahunt."

18) Praeter locos s. c. Alcest. v. 932 sqq. μοῦσαι Hartungo videntur poëtarum opera designare, quum in verbis μετάρσιος ἦξα philosophica de extremis rerum causis meditatio intelligenda sit, quae Graeci τὰ μετέωρα appellabant. Haud dubie ea in initio cantici inest sententia: Quantumvis et aliorum scripta tum poëtarum tum philosophorum inspexerim et ipse mecum meditatus sim, etc.

19) Teleph. frg. XXV.

20) v. Heraclid. v. 900. Jon. v. 1396 sqq.: mille homines fortuna miseros reddidit, vicissim beatos fieri voluit. Τύχη ex sententia Euripidea est θεός. cfr. 1501. Hecub. v. 681 v. 904 sqq.

21) v. Heraclid. v. 742 sqq. Verba: οὔποτε θνατῶν ἥσσονες ποτ' ἂν εἴτ' ἐμοῦ φανοῦνται corrupta esse et vitium latere in vocabulis: ποτ' ἂν εἴτ' interpretes ad unum omnes intexellerunt neque in eo dissentiunt, eam sententiam desiderari, quam expressit Fix: „nunquam mortalibus inferiores dii praesides mei apparebunt." Ad quam sententiam efficiendam pro illis tribus vocabulis, praeeunte Musgravio, scripserunt: πρυτάνεις, ita ut ἐμοῦ mutarent in ἐμοί. Et in hac mutatione acquiescere possumus; nam sententiarum ratio docet, πρυτάνεις esse deos praesides. Nihilo tamen minus Hartungus pronomine ἐμοί rejecto θεοί dedit, quae conjectura redundat. — Supplic. v. 583. 718 sqq.

22) v. Troad. v. 947 sq.

23) Incert. trag. frg. CXXIX: τῶν ἄγαν γὰρ ἅπτεται Θεὸς, τὰ μικρὰ δ' εἰς τύχην ἀφεὶς ἐᾷ — dub. frg. V: Ζεὺς γὰρ τὰ μὲν τιναῦτα φροντίζει βροτῶν, Τὰ μικρὰ δ' ἄλλοις δαίμοσιν παρεὶς ἐᾷ. — Phoeniss. v. 1131: καλῶς τὰ τῶν θεῶν καὶ τὰ τῆς τύχης ἔχει. — cfr. Cic. de nat. deor. II, 66. — Etiamsi per socordiam quandam dei nonnulla casu evenire poëtam censere statuamus, tamen vitiositatem dei Euripidei agnoscamus necesse est.

24) v. Bacch. v. 340 sq. Iphig. Taur. v. 669 sq. Bacch. v. 342 sqq. Iphig. Aul. v. 1460.

25) v. Orest. 1562.

26) v. Hippolyt. v. 576: Castigantur, qui verbis aliud jurant, revera aliud faciunt. Liquido hoc versu ostendit poëta, ipsos homines impios, dum perjurio alios fallere student, conscientia admonitos persentiscere, investigare

deum vel occultissimas animi sententias. Quod nisi ita se haberet, ineptum esset, diverso a verbis conceptis animi sensu avertere velle iram dei, quippe qui odio persequatur perjuros. Ceterum offendi possit in eo, quod hanc potissimum sententiam homini castissimo integerrimoque tribuit poëta; et revera eam diversa interpretum judicia expertam esse adnotat Valckenarius (v. Bothe ad illum vers.). Illud hoc versu nutrici Hippolytus obloquitur: „Noli me exagitare de jurejurando. Nam flagitia reticere neque volo neque cogor; neque omnino, si quid ejusmodi exspectassem te indicaturam, jurassem.“ Etiamsi Hippolytus promissis suis non stetisset, levitatis, non improbitatis, esset coarguendus. Sed quanta esset religio in fide firmiter data, Euripides docuit, quod Hippolytum jusjurandum servantem fecit.

27) cfr. Müller. l. c. p. 44.

28) v. Phoeniss. v. 381. Hippolyt. v. 112: *σοφωτέρους γὰρ δεῖ βροτῶν εἶναι θεούς.*

29) v. Supplic. v. 203. 718 sqq. Bacch. v. 342 sqq. v. 876 sqq. — cfr. Valcken. p. 187.

30) v. Hercul. fur. v. 610. In versu: *εἰ δὲ θεοῖς ἦν ξύνεσις καὶ σοφία κατ' ἄνδρας* Donnerus, mirum in modum explicatis vocabulis *κατ' ἄνδρας*, vertit: wäret ihr klug, Götter, und wögt Menschengeschick mit Weisheit etc. ita ut in contrarium sententia abierit. Id enim dicit poëta: „deorum sapientia ea est, quam homines percipere nequeant“ — cfr. Müller. p. 47.

31) v. Hippolyt. v. 1056 sqq. cfr. Hartung. ad locum difficillimum. — Helen. v. 1083 sqq.

32) v. Iphig. Taur. v. 426—29.

33) v. Jon. v. 336 sqq.

34) v. Bacch. v. 1019—21.

35) v. Jon. v. 1505 sqq.

36) v. Iphig. Taur. v. 669 sq. Bacch. v. 342. Iphig. Aul. v. 1460.

37) v. Hecub. v. 974 sq. Alcest. v. 579. Helen. v. 853: *μισεῖ γὰρ ὁ θεὸς τὴν βίαν.* — Palamed. frg. V: „vir justus unus milia immensa improborum superat, favente fretus et jure et deo.“ — v. Bacch. v. 876—78 sqq. ibid. sub finem: „qui Penthei foedum interitum contemplatus erit, justum deum esse sibi persuadebit.“ — v. Jon. v. 398 sqq. Electr. v. 537—38. — Cyclops v. 340 sqq. — v. Helen. v. 1243 sqq.: Helenam deus rebus adversis vexavit, quod, quantumvis casta esset, tamen in eo peccavit, quod virtutem nimis jactaverat, pertinaciter adversando popularium opinionibus; cfr. Hartung. ad vers. 1278. Sic item Hippolyti atrocissimus interitus explicari potest ex virtutis quadam jactantia.

38) v. Phrix. frg. IX. v. Iphig. Aul. v. 975 sqq.

39) v. Hecub. v. 758 sqq.

40) v. Electr. v. 1272—74.

41) v. Supplic. v. 314 sqq. — Bacch. v. 1204 sq.: qui sapiens est, deum socium habet.

42) v. Supplic. v. 287 sq.

43) v. Heraclid. v. 878. — cfr. Valcken. p. 21: Ex fabula Chrysippi: *αἴ, αἴ, τὸ θεῖόν ἐστιν ἀνθρώποις κακόν, ὅταν τις εἰδῇ τἀγαθόν, χρῆται δὲ μή.*

44) v. Bacch. v. 337 sqq. — Heraclid. v. 375.

45) cfr. Valcken. p. 187.

46) Polymestor (in Hecuba) cum filiis punitus est, quod hospitii jus turpissime violavit. v. Hecub. v. 676 sqq. 904—8.

47) Incert. frg. III, a. — Hecub. fur. v. 700 sqq.: Deus justos et injustos respicit.

48) v. Orest. v. 1 sqq.

49) v. Orest. v. 690: Orestem Furiae persecutae sunt propter matricidium, h. e. animi morsus vexarunt. — Helen. v 980 sq. *οὐδείς ποτ' εὐτύχησεν, ἔκδικος γεγώς, Ἐν τῷ δικαίῳ δ' ἐλπίδες σωτηρίας.* — Jon. v. 1505 sqq. — v. Bacch. v. 1572—73: *τοὺς εὐγενεῖς γὰρ οὐ στυγοῦσι δαίμονες, τῶν δ' ἀναριθμήτων μᾶλλόν εἰσιν οἱ πόνοι.* Hunc alterum versum Hartungus pro subdititio habet, quod neque hujus loci ratio admittat commemorationem hominum ignobilium et rerum secundarum adversarumve, significari potius conditionem humanam post mortem, neque in universum Euripidis sit, id quod in Homero vituperetur, contemptum quendam hominum de plebe prae se ferre. E contrario Euripidem illam Homeri de ordinibus hominum praejudicatam opinionem semper refutare. Nihilominus genuinus esse potest ille versus, nam *ἀναρίθμητοι*, quum *εὐγενεῖς* oppositi sint homines generosi animi, sunt virtutis expertes, quorum numerus maximus. Jam versus ita interpretandus: „Virtutis expertes laborant potius et viventes et mortui.“ In collocatione verborum autem non est haerendum.

50) v. Heraclid. v. 595 sqq. — cfr. Müller. l. l. p. 44. 47.

51) Scyriae frg. II. — Incert. trag. frg. CLXXXVI et CLXXXVII. — Belleroph. frg. XXI. — Hippol. v. 1056 sqq. Quem locum recte interpretatus esse videtur Bothius: „Pugna ejus, qui, providentiam dei agnoscens generalem, non agnoscit particularem.“ — Supplic. v. 596—98: Ratio sententiarum docet, versus 598. sensum esse hunc: „Non video, deum semper bonis hominibus bonam fortunam, malam malis attribuere,“ sive illum versum interpretaris, ut Matthiae: „Video deos multis in rebus ab hominibus discrepare,“ sive ut Marclandus: „In multis deorum erga mortales dispensationibus ego magnum discrimen video“ — v. Helen. v. 1083 sqq.: Hominum vita plenissima est aenigmatum, quae vix sapientissimus quisquam solvat, ita ut omnia casu fortuito evenire videantur. Pro *τὰ θεῶν* Hartung. conjecit *τὰ βροτῶν*, quae conjectura propter sententiae rationem perplacet.

52) v. Troad. v. 1222.

53) v. Troad. v. 498 sq. 585 sq. — Heraclid. v. 838.

54) v. Troad. v. 850: *κατὰ δίκην τὰ θνήτ' ἄγεις.*

55) cfr. Antiop. frg. XV. — Incert. frg. II. v. Supplic. v. 210—15, quem locum Horatio obversatum esse probabile est (Od. III, 2: vetabo, qui Cereris sacrum ectr.). — v. Jon. v. 1505 sqq.: Qui aerumnis vexatur, confidat deo; postremo enim boni dignis praemiis afficientur. — cfr. Valcken. l. l. p. 185. ibique Euripidis fragmentum: Rebus humanis justitia adest, facinorum spectatrix, quae mortalium oculis non nisi mentis spectabilis, omnia videt, et tacito lentoque gressu sceleratos secuta, poenae tandem gravitate tarditatem suam compensat. cfr. Cic. in L. Pisonem. c. 20: „Nolite putare, ut in scena videtis, homines consceleratos impulsu deorum terreri Furiarum taedis ardentibus, sua quemque fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia de sanitate ac mente deturbat. Hae sunt impiorum furiae, hae flammae, hae faces.“ cfr. Valcken. p. 186: „De justitia divina, tarda, certa tamen, scelerum vindice, locus est Euripidis e perdito dramate peregregius apud Plutarch. de sera Numinis vindicta. p. 549 A.“

56) v. Belleroph. frg. XXVI.

57) v. Bacch. v. 768 sqq. — Heraclid. v. 595 sqq. cfr. Müller. l. l. p. 44. 47.

58) v. Electr. v. 1275. — Jon. v. 935: *κακῷ γὰρ ἐσθλὸν οὐ ξυμμίγνυται.*

59) v. Iphig. Aul. v. 1460. — Bacch. v. 1186 sqq.: „Justas poenas injustus homo dabit, easdemque graves et acerbas suis cognatis.“

60) v. Orest. v. 1535 sq.: Atridarum calamitates ab interfecto Myrtilo profectae sunt.

61) Dub. frg. XXI: *τὰ πλεῖστα θνητοῖς τῶν κακῶν αὐθαίρεται.*

62) v. Heraclid. v. 608: *ἁ δ' ἀρετὰ βαίνει διὰ μόχθων.*

63) v. Hercul. fur. v. 20 sq.: Omnes mali homines naturali quodam vinculo conjuncti conjurant in strenuum virum et fortem. cfr. Hartung. ad h. l.

64) v. Helen. v. 801: *εἰ γάρ εἰσιν οἱ θεοὶ σοφοί, Εὔψυχον ἄνδρα, πολεμίων θανόντ' ὕπο, Κούφῃ καταμπίσχουσιν ἐν τύμβῳ χθονί, Κακοὺς δ' ὑφ' ἕρμα στερεὸν ἐκβάλλουσι γῆς.* Prima horum versuum verba rectius vertit Hartung.: Denn wenn die Götter weise (i. e. justi) sind etc., quam Donner.: Wenn oben weise Götter sind etc. Pro *ἐκβάλλουσι* Scaliger correxit *ἐμβάλλουσι*, quam vocem Hartungus in textum jure recepisse videtur. Sensus autem loci haud dubie est: „Si dii justi sunt, forti viro ab hostibus interfecto propitii erunt, h. e. post mortem eum remunerabuntur.“ — v. Helen. v. 963 sqq.

65) v. Bacch. v. 1571: Menelao, spectatae integritatis viro, post mortem in beatis insulis vivere constitutum est. — De fortunatis insulis v. Strab. 1 et 3. Plutarch. in Sertorio. Herodotus in Thalia eas Aegypto tribuit, Tzetz. ad Lycophr. 179. Horat. Od. 4, 8, 27. Epod. 16. 41 sqq.

66) v. Hercul. fur. v. 1123: *μιαίνεις, θνητὸς ὢν, τὰ τῶν θεῶν;* — Iphig. Taur. 366: *οὐδένα γὰρ οἶμαι δαιμόνων εἶναι κακόν.*

67) Belleroph. frg. 23: *εἰ θεοί τι δρῶσιν αἰσχρόν, οὐκ εἰσὶν θεοί.*

68) v. Jon. v. 410 sqq.

69) v. Troad. v. 937—44. — Helen. v. 1055. — Hercul. fur. v. 1207 sqq. cfr. loc., quos supra laudavimus.

70) v. Jon. v. 1409 sqq. Hercul. fur. 1232 sqq. Jon. v. 301 sqq. 317. In Jone Mercurius affirmat, Jonem filium Apollinis esse, quod idem in extrema fabula Minerva repetit. Itaque per Apollinis libidinem Jon natus. Hac improba de origine Jonis opinione usus est Euripides tanquam fundamento ad fabulam superstruendam. Iterum Euripides poëta ab Euripide philosopho internoscendus est; nam proponit Euripides Jonem filium dei, ut aptus sit ad magnas res perpetrandas.

71) v. Bacch. v. 71 sqq. — Electr. v. 1272: Qui sanctus est, eum miseriis deus liberat. cfr. Cic. de legg. II, 4.

72) v. Supplic. v. 182 sqq. cfr. Cic. N. D. III, c. 10. Tuscul. I, 25. 49. de Fin. V, 11.

73) v. adnot. 72.

74) v. ibid.

75) v. ibid.

76) v. ibid.

77) v. ibid.

78) v. ibid.

79) v. Helen. v. 516: *θεὸς γὰρ καὶ τὸ γιγνώσκειν φίλους*. Audacis locutionis sensus est: divinum quiddam est amicos agnoscere.

80) v. Helen. v. 616: *λέγ', ὡς ἀκουστὰ πάντα δῶρα δαιμόνων*. Hermannus post *ἀκουστὰ* plene interpunxit, eumque secutus est Donner. Qua interpunctione generalis redditur sententia, quae quanquam non abhorret ab animo Euripidis, tamen diversa est a sensu, quem praebet verborum collocatio vulgo probata.

81) v. adnot. 72.

82) Saepe ab Euripide commemoratos esse *ἀλάστορας*, supra demonstravi. Horum numinum proprium est, ut societas iis intercedat cum rebus malis. Ubicunque *ἀλάστορες* ulciscuntur, quae ab hominibus male facta sunt, *ἀλάστορες* bona sunt numina; ubi vero innocentes nulliusque sceleris conscios persequuntur et omnibus tormentis vexant, mala numina sunt, quae comparari possunt cum Christianorum diabolo. Interdum ejusdem miseriae auctor est modo deus quidam infestus, modo *ἀλάστωρ*: v. Phoeniss. 1461. 1483. 1496; alios locos attulit Müller. l. c. ex Hippol. Quare, dixerit quispiam, Euripides aut deo mundi administratori malam naturam tribuit aut statuit, praeter deum esse numen quoddam malignum, quod bono deo hominibusque ubique adversetur. Sed primum ex iis, quae de virtutibus dei diximus, apparet, duplicem naturam, et bonam et malam, non posse conjunctam esse in uno eodemque deo. Neque eo magis jam affirmari potest, Euripidem finxisse malum quoddam numen, a deo optimo maximo diversum, quod illas sententias, ex quibus mala hominibus contraxerit *ἀλάστωρ* aut deus quidam iratus, ex quotidiana dicendi ratione sumptas esse probabile est. cfr. Müller. l. l. p. 46. Etiamsi vero concedimus, Euripidem praeter bonum numen malum ascisse, tamen hoc alterum in mundum administrandum haud multum valet, tantam enim vim in res humanas exercet, quantam deus potentissimus permittit. cfr. Schaub. l. c. p. 111: „Anaxagoras tum boni tum etiam mali efficientem causam mentem esse statuit.“ v. Alexand. Aphrodis. in Aristot. Metaph. ed. Lat. p. 27.

83) v. adnot. 72.

84) v. Müller. l. c. p. 44.

85) Valcken p. 43.

86) v. Bacch. v. 1019—21: *τὸ σωφρονεῖν* est vera prudentia, quae deo placet.

87) v. Bacch. v. 772 sqq.: Non ultra mores hominum progrediendum est (vox populi vox dei). — Ibid. v. 876: Verba sunt difficillima, sed quantumvis interpretes discrepent, hic intellectus videtur inesse: modesta sententia, ex qua res divinas colimus neque eas sanae menti adversari vel soli plebi convenire arbitramur, integram vitam conservat. Non ea sapientia, quam vulgo habent, sectanda; nam invidiam et odium civium contrahit et quum magna pericula suscitet, proprie stultitia est appellanda. Multo magis laudandum consilium ejus, qui rejectis rebus a perverso homine petitis, opibus et prudentia inani, auream mediocritatem tenet, qua ductus procul omni injustitia semper officia erga deum religiose explet. — Medea quoque (v. Med. fab.), quod invidiosa sectans mediocritatem transgressa erat, pessumdata est, neque Eteocles et Polynices, quod gloriae et imperii cupiditati se commiserant, interitum effugerunt (v. Phoeniss.). — v. Troad. v. 400. sq.: „Magnifici et sapientes, qui dicuntur, non flocci habendi sunt.“ Nonnulli interpretes de magnificis Cassandrae verbis cogitaverunt: v. Both. ad. h. l. — Cfr. Heracl. v. 892.

88) v. Bacch. v. 71 sqq.

89) v. Iphig. Aul. v. 455.

90) v. Orest. 690: *μισεῖ γὰρ ὁ θεὸς τὰς ἄγαν προθυμίας*. — Hippolyt. v. 1056 sqq.: Theseus opinionis suae tenacior fuit, ita ut maximam calamitatem vel sibi ipse contraheret. Chorus optat, ut spem certam in deo repositam habeat, quo quidem effici vitam tranquillam.

91) De animo submisso vid., quae profert Theonoe: Helen. v. 948 sqq. — Hercul. fur. v. 304—6: Stultum est certamen cum necessitate.

92) v. Androm. v. 972. — Heracl. v. 101—4; ibid. v. 375. — Jon. v. 191. — Bacch. v. 876. Heracl. v. 878. ibid. v. 131. ibid. v. 238: „ex verecundia dei alios adjuvare debemus.“

93) v. Hercul. fur. v. 704: De rerum mobilitate non cogitat, qui se insolentiae commisit.

94) v. Hercul. fur. v. 1118 sq.: ὅστις εὐγενὴς βροτῶν, φέρει τὰ θεῶν γε πτώματ', οὐδ' ἀναίνεται. — Ibid. v. 277 sq.

95) Ex iis, quae Macaria a versu 488 sqq. (Heracl.) profert, apparet, non sufficere, si quis deum auxilium oret, dum ipse sit ignavus.

96) v. Electr. 173. — Supplic. v. 287—88. — Troad. v. 459 sq.: ὅμως δ' ἔχει τι σχῆμα κικλήσκειν θεούς, ὅταν τις ἡμῶν δυστυχῆ λάβῃ τύχην. Hartung. censet, quia adnotavit scholiastes: ὅμως δὲ παραμυθία ἐστὶν τοῖς δυστυχοῦσιν ἀνακαλεῖσθαι τοὺς θεούς, ideo eum vix legisse: ὅταν τις ἡμῶν (codd.: ὅταν ἡμῶν τις); quam ob rem mutavit: ὅταν βροτῶν τις; sed hoc longius a codicibus recedit, inversio, quam fecerunt editores, est probabilior.

97) v. Troad. v. 664 sqq. cfr. Valcken. l. c. p. 28. — Hercul. fur. v. 101 sqq.: κάμνουσι γάρ τοι καὶ βροτῶν αἱ ξυμφοραὶ, καὶ πνεύματ' ἀνέμων οὐκ ἀεὶ ῥώμην ἔχει, κ. τ. λ. cfr. Horat. lib. II, Od. 9.

98) v. Supplic. v. 142 sqq. Intellectus est: Deorum voluntas non est negligenda. — Helen. v. 974: „A deo principium faciendum (cfr. Horat. Od. III, 6, 6,) eique supplicandum, si quid laborando assequi velis."

99) v. Electr. v. 1272.

100) v. Heracl. v. 253 sqq.: „Demophon supplicum tutelam susceperat; jam nuntius negat, opus esse, illos adversariis tradi, modo juberet eos in terrae finibus collocari, ut tanquam illo nesciente abripi possent. Ita salvum esse officium." Id vero est, deum fallere (σκαιὸς πέφυκας, τοῦ θεοῦ πλείω φρονῶν). cfr. Phoeniss. v. 819. — Si a deo vexeris, non artificiis periculum effugias, demissus animus ad felicem eventum te perducet. Oedipus, qua via patrem quaesivit, eadem necavit. Ne matrem uxorem duceret, relicta patria, quam opinabatur, Corintho Thebas se contulit, ibique incidit in fati necessitatem; dum autem Laji interfectorem explorat, se ipsum hominem nefarium deprehendit. — Polynices bellum contra fratrem fuga studet evitare, quo eodem consilio iis conditionibus implicatus est, quae illud bellum suscipere eum cogunt. Iisdem σοφίσμασι, non animo demisso, salutem sibi paraturos se frustra speraverant Eteocles et mater ejus.

101) v. Jon. v. 1505 sqq. — Hercul. fur. v. 105 sq.: οὗτος δ' ἀνὴρ ἄριστος, ὅστις ἐλπίσιν πέποιθεν αἰεί. τὸ δ' ἀπορεῖν ἀνδρὸς κακοῦ.

102) v. Hercul. fur. v. 281.: Ignave mortem oppetere ipsa morte pejus est.

103) v. Hercul. fur. v. 1138 sq.: Primi cujusque hominis est, calamitosam vitam morte finire. Cfr. Aristot. l. 3. Nicomach.: τό δὲ ἀποθνήσκειν φεύγοντα πενίαν, ἢ ἔρωτα ἤ τι λυπηρὸν, οὐκ ἀνδρείου, ἀλλὰ μᾶλλον δειλοῦ. μαλακία γὰρ τὸ φεύγειν τὰ ἐπίπονα. — Virgilius, Caesar mortem quaesitam improbaverunt. Stoicis certis quibusdam temporibus optabilis visa est. — v. Troad. v. 1238—42.

104) v. Heracl. v. 253 sqq. cfr. adnot. 100.

105) v. Hippolyt. v. 1247 sqq.: Hippolytus jurisjurandi fidem servavit, itaque pietatem praestitit.

106) v. Orest. v. 1562.: Non solae caerimoniae sacra deo accepta reddunt, sed animus nullius sceleris conscius. cfr. Hartung. ad h. l.

107) v. Bacch. v. 338 sqq. Jam inde a versu 328 praedicatur Ὁσία, eadem quae Εὐσέβεια (v. 221), quae non consistit in caerimoniis neque in splendido sacrorum apparatu, sed in sensu et animo. Ceterum duplicem Pietatem, unam in legibus humanis, alteram in divinis observandis conspicuam internosci debere, recte negavit Hartung. in adnot. ad h. l.

108) v. Troad. v. 95—98.

109) v. Jon. v. 336 sqq. — Electr. v. 628.

110) Socrates: „Deo, inquit, magis a me parendum est, quam vobis hominibus! Idem fere Apostoli Augusto Hierosolymarum consilio responderunt. cfr. Phoeniss. v. 1550 sq. Danaë frg. XII. — Vid. infra, ubi de virtute veritatis disputabitur.

111) v. Electr. v. 823.

112) cfr. Hartung. ad Helen. v. 696. v. Jon. v. 336 sqq. — Electr. v. 628.

113) V. Qualem inducat poëta Teonoën in Helena.

Digressio I. De animo demisso (Demuth).

1) Haec assumpta sunt ex libro: Katholische Moraltheologie von Bittner. Regensburg 1855. — Non tam ex Christianorum doctrina, quam ex philosophorum ratione de inimicorum amore disputat Garve in libro: Abhandlung über die menschlichen Pflichten, in 3 Büchern, aus dem Lateinischen des Cicero. Breslau 1819. II. p. 174—206.

Digressio II. De Aethere, quem Deum Euripedeum esse vult Hassius.

1) Quod omissa deorum multitudine causas physicas indagavit, a veteribus ἄθεος appellatus est; v. Schaub. p. 151.

2) *Πάντα χρήματα ἦν ὁμοῦ, εἶτα νοῦς ἐλθὼν αὐτὰ διεκόσμησε;* v. Anaxag. frg. 17. Etiam *αἰθὴρ* dicitur *ἀποκρινόμενος ὑπὸ νοῦ*; v. frg. 8. — Plut. Plac. philos. I, 7: *ὁ δ' Ἀναξαγόρας φησὶν, ὡς εἱστήκει κατ' ἀρχὰς τὰ σώματα.* Arist. phys. III, 4: *ὁ δὲ νοῦς ἀπ' ἀρχῆς τινος ἐργάζεται νοήσας.*

3) Plat. Phaed. p. 98. a. (Stephan) *ὁρῶ ἄνδρα τῷ μὲν νῷ οὐδὲν χρώμενον, οὐδέ τινας αἰτίας ἐπαιτιώμενον εἰς τὸ διακοσμεῖν τὰ πράγματα, ἀέρας δὲ καὶ αἰθέρας καὶ ὕδατα αἰτιώμενον, καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ ἄτοπα.* Aristot. Metaph. I, 4: *Ἀναξαγόρας τε γὰρ μηχανῇ χρῆται τῷ νῷ πρὸς τὴν κοσμοποιΐαν· καὶ ὅταν ἀπορήσῃ, διὰ τίν' αἰτίαν ἐξ ἀνάγκης ἐστὶν, τότε ἕλκει αὐτόν· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις πάντα μᾶλλον αἰτιᾶται τῶν γιγνομένων, ἢ νοῦν.* cfr. Schaub. l. c. p. 105.

4) Posteris temporibus Stoicos aethera pro deo habuisse, Cicero auctor est. N. D. I. § 37. Acad. II, 41.

5) Identidem Euripidem non tantum propter argumenta fabularum et propter dicendi genus sed etiam propter rerum divinarum doctrinam ab opinionibus vulgi recedentem vituperatum esse ab Aristophane (Nub. Ran. Thesmoph. etc.) notum est. Sic per aethera jurantem inducit poëtam Aristophanes; sic vita mors, mors vita nominatur; cfr. Wissow. l. c. p. 20 sqq. — Ceterum quicunque insignis erat inter cives, eum poëta comicus orationis libertate perstrinxit; atque id Euripidi consolationi esse potuit, quod ipsum Socratem iterum ac tertio exagitavit Aristophanes, qui utrumque in Sophistarum numero habuit.

6) Quoniam ex coelo vicissitudines terrestres pendere vident homines, magnam ejus potestatem poetica ratione Euripides in Danaë frag. IV. descripsit.

7) Ut feminam viro, sic patre matrem inferiorem habitam esse ab Euripide, docet Chrysipp. frg. VI. — Sic item Orestes (in Orest. v. 526 sqq.), quum se contra Tyndareum defendit, se plus debere patri dicit, quam matri; illum enim vitae suae auctorem fuisse, servatricem tantum matrem. cfr Incert. trag. frg. LVIII.: Filius quidam dicit, amare quidem se matrem, quoniam haec se perpererit et quoniam id justum sit, sed omnium maxime se patrem colere, hunc enim suam esse stirpem neque quemquam ex matre, ex patre omnes nomen ducere. Eandem de patre et de matre sententiam habuisse Anaxagoram, testatur Aristoteles de anim. gen. IV, 1. Atque idem Aegyptios credidisse, auctor est Diod. Sic. lib. I, p. 91. Ceterum perperam Schneitherus (l. c. p. 39) affirmavit, nunquam Euripidem verbo *φυτεύειν* vel *φύειν* de matre usum esse. Nam de Medea (Med. v. 1006) legitur: *Οἵπερ ἐξεφύσαμεν* (verss. 1005 sq. vulgo repetuntur infra post vers. 1183. cfr. Hartung. ad vers. 1006). Praeterea de utroque parente legitur in Phoeniss. v. 34. Quanquam enim h. l. secundum Valckenarium nonnulli pro *φύσαντας — τεκόντας* receperunt, tamen merito videtur defendere *φύσαντας* Hartung ad vers. 34. cfr. Passow. lex. s v. *φύειν*.

8) v. Orest. v. 536: *ἄνευ δὲ πατρὸς τέκνον οὐκ εἴη ποτ' ἄν.* Non sequitur, Euripidem credidisse, sine matre nasci posse quemquam, quamquam comicus quidam addit: *ἄνευ δὲ μητρὸς πῶς, κάθαρμ' Εὐριπίδη;* Euripides in tota defensione sua rationem habuit Aeschyli, idque non sine aliqua irrisione; Aeschylus enim, ut demonstraret, sine matre nasci posse hominem, exemplo usus erat Minervae, quod quidem exemplum de industria omisit Euripides. cfr. Hartung. ad vers. 536. Orest.

9) Exclamationem *ὦ γῆ καὶ ἥλιε* Demostheni aliisque usurpatam esse, monet Elmsl. ad Med. vers. 1193. Euripides aliique poëtae et Graeci et Latini poëtica ratione confundentes et *Δία* et *οὐρανόν* et *ἀέρα* secuti sunt Homerum, Iliad. l. 19. v. 357. cfr. Valcken. p. 47 et 48.

10) Aether omnes res amplectitur secundum Anaxagorae disciplinam. Etiam quum rudis indigestaque moles erat, *πάντα ἀήρ τε καὶ αἰθὴρ κατεῖχε.* v. Anax. frg. I. ed. Schaub. Quod quomodo intelligendum sit, docet Schaub. p. 84.

11) *Νοῦν* omnia secernentem et in ordinem redigentem Ovidius appellat Deum: Metam. I, 32.

12) *Νοῦς* a veteribus saepissime deus vocatus est: v. Schaub. p. 152 sqq.

13) Thales et qui eum secuti sunt, inter quos fortasse Anaximander quoque et Anaximenes nominandi sunt, mentem divinam non per se contineri, sed cum materia conjunctam esse docuerunt, ita ut eos materiam pro deo habuisse facile dixeris. Discrimen, quod inter Thaletem et inter Anaxagoram intercedit, haud inficete ita explicavit Stobaeus: Thales *νοῦν τοῦ κόσμου τὸν θεόν* dixit, Anaxagoras *τὸν θεὸν νοῦν κοσμοποιόν;* v. Valcken. p. 40. *Κοσμοποιός* non est, qui mundum ex nihilo procreavit, sed qui rudem molem disposuit, res dispositas in ordinem redegit: v. Schneith. p. 19. adnot. 6.

14) V. Schaub. p. 150.

15) Anax. frg. 8 (ed. Schaub.): *νοῦς ἐστι ἄπειρον καὶ αὐτοκρατὲς καὶ μέμικται οὐδενὶ χρήματι, ἀλλὰ μόνος αὐτὸς ἐφ' ἑωϋτοῦ ἐστιν — ἔστι γὰρ λεπτότατόν τε πάντων χρημάτων καὶ καθαρώτατον καὶ γνώμην γε περὶ παντὸς πᾶσαν ἴσχει, καὶ ἰσχύει μέγιστον· — καὶ τὰ συμμισγόμενά τε καὶ ἀποκρινόμενα καὶ διακρινόμενα, πάντα ἔγνω νοῦς. Καὶ ὁποῖα ἔμελλεν ἔσεσθαι, καὶ ὁποῖα ἦν, καὶ ὅσα νῦν ἐστι, καὶ ὁποῖα ἔσται, πάντα διεκόσμησε νοῦς.* — Quamquam Anaxagorae *νοῦς* deus summus est, tamen non vocavit *νοῦν* deum ipse Anaxagoras. — cfr. Schaub. p. 154. — Aristot. de anim. I, 2: *ἀρχήν γε τὸν νοῦν τίθεται μάλιστα πάντων· μόνον γοῦν φησιν αὐτὸν τῶν ὄντων ἁπλοῦν εἶναι καὶ ἀμιγῆ τε καὶ καθαρόν.* Plut. Pericl. 3. p. 383. ed. Hutten. *νοῦν ἐπέστησε καθαρὸν καὶ ἄκρατον ἐμμεμιγμένοις πᾶσι τοῖς ἄλλοις.* Philopon. ad Aristot. d. anim. C. g.: *τοῦτον τὸν νοῦν καθαρὸν ἔλεγε, καὶ ἀμιγῆ καὶ ἀπαθῆ, τουτέστι ἀσώματον.*

16) V. Schaub. p. 104: „Putant nonnulli, aërem vel aethera ex Anaxagorae sententia esse mentem, ideoque eam vocari *λεπτότατον* et *καθαρώτατον πάντων χρημάτων.* vid. Brucker. Hist. crit. philos. I. p. 513. Tiedemann, Geist der speculat. Philos. I, p. 329. Primum autem hoc non sequitur ex locis ab illis viris ad hanc rem probandam allatis, tum obstant loci s. c., denique Anaxagoras saepius vituperatur a veteribus, propterea, quod in explicanda rerum natura sibi non constet, mente tantum in singulis utatur, praeterea alias causas, ut aethera et aërem ad partes vocet: unde patet, mentem ab istis distingui.“

17) Vers. 851. male vertit Donner.: Was gibt es, dass du wiederum die Götter rufst? Hartungus autem in ambiguitatem incidit, vertens: Was gibt's, was soll dein unverhofft Gebet, o Weib?